



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Cursus Biennalis Studii Canonici, Sive Succincta Et
Methodica Sacrorum Canonum Explanatio**

Engelhard, Johann Martin

Moguntiae, 1700

Titvlvs XXXVI. De Transactionibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63255](#)

Si juramento firmetur, valere, supposito dolum aut fraudem non intervenisse, idque per celebrem tex-
tum, cap. 1. quamvis h. t. in 6. quia juramenti hujus ob-
servatio non continet peccatum, nec vergit in dis-
pendium salutis æternæ, nec redundat in præjudi-
cium & detrimentum tertii, sed solius jurantis.

QUÆRES 7. An valeat pactum de suc-
cedendo reciprocum? Respond. Sed distinctione,
vel enim pactum hoc sit à militibus, vel à paganis,
si à paganis subdistinguo, aut enim sit promissio
mutua de succedendo causâ donationis inter vivos,
an verò promissio simplex de futurâ successione re-
ciprocâ, si à militibus, pactum tale indistinctè va-
lebit, per textum clarissimum int. licet Cod. de pac.
Si à paginis, tum demum pactum simile validum
erit si fiat causa donationis inter vivos, quia non
est pactum futuræ successionis, sed obligatio ex
contractu descendens inter vivos de præsenti cele-
brato, licet esse eum post mortem sortiatur; si ve-
rò sit simplex promissio de futurâ successione, non
subsisteret, quia constat, pacto hæreditatem dari non
posse. l. hæreditas Cod. de pac. convent. Vide Facsim. lib.
g. controversial. cap. 86.

TITVLVS XXXVI.

De Transactionibus.

QUÆRES 1. Quid sit transactio? Respond.
Transigere quod idem est ac ab actione tran-
fere seu cedere, quandoque sumitur generali-
ter pro quovis modo, quo negotium inter partes
compo-

componitur, abstrahendo an hæc compositio sit judicialis an extra judicialis, hic autem sumitur strictè pro pactione non gratuitâ, de re dubiâ & controversâ, sive lite incertâ & nondum finitâ. l. i. ff. b. t. & hoc sensu accepta definitur transactio rei dubiæ & litis incertæ non gratuita remissio, scilicet aliquo dato, vel retento. Tria ad eam requiruntur: 1. res dubia, ut distinguatur à pacto, quod est de re certa. 2. lis incerta vel mota, vel quæ movenda timetur. Dicitur autem incerta, non quod in le incerta esse debeat, sed propter incertum litis eventum. *l. ins. summaff. de Condit. indebiti.* 3. Pactio non gratuita, si enim lis gratuitò remittatur, non erit transactio.

QUÆRES 2. Quinam transigere possint?

Respond. Omnes qui liberam rerum suarum administrationem habent, & qui specialiter non prohibentur, ubi repetenda sunt ea quæ tit. *preced.* de personis ad paciscendum inhabilibus diximus. neque solus dominus, sed & procurator transigere potest, intellige si speciale desuper mandatum habeat, aut sit procurator cum administratione libera, cap. qui ad agendum *V. procurator, de procurat. in 6. 1. procurator Cui generaliter, ff. de procurat.* Quia talis alienare potest, adeoque etiam transigere. Item Tutores & Curatores transigere quidem possunt, non tamen transigendo, donare, vel alienare res alienari prohibitas *l. 4. Cod. de prædis, minor.* Prælatus autem ecclesiæ sine consensu Capituli, aut superioris de rebus ecclesiæ transigere non potest, *cap. 3. § 8. b. t.* Nisi in sui solius præjudicium ut scilicet transactio duret ad vitam transigent s.

QUÆRES 3. Super quibus rebus transigi possit vel non? Respond. Super omni re dubia

K 6

&

& litigiosa, de quâ lis est, vel esse potest. l. 1. ff. idquè etiam post conclusionem in causa; non tam post rem judicatam, nisi sit interposita Appellatio, vel interponi possit. l. 7. ff. b. t & universim super omnibus rebus valet transactio, nisi hæc speciali Juris dispositione prohibeatur. hinc

COLLIGES 1. Etiam super Crimine Capitali transactionem permittam esse tam accusatori quam reo. *l. transigere* 18. *Cod. de transact.* qui cuivis sanguinem suum quovis modo redimere licet. *l. 1. ff. de bonis eorum.* Excepto crimine adulterii, *d. l. 18.* Ratio cur super hoc crimen nulla valeat transactio, est, ut præcisa transactione, gravissima mala, ex hoc crimen nimis frequenti emergentia, præcaverentur, non autem super aliis Criminibus, poenam mortis non ingerentibus; excepto Crimine falsi. Ratio disparitatis est, quod transigens super crimen capitali censeatur aliquid dare vel remittere, ne se tali periculo mortis exponat, transigens autem super alio crimen, ex conscientia delicti id facere censeatur. *l. 1. ff. de his qui ante sent. sib. mort. conciv.*

COLLIGES 2. Non valere transactio nem 1. Quæ fit super re spirituâli, vel huic annexâ; si interveniat pretium temporale, quia est specialiter prohibita. *cap. constitutus* 4. *cap. 7.* § 9. *b. t.* 2. Quæ fit super matrimonio, quia si sit legitimum, dissolvi amplius non potest, si illegitimum, partium transactione reconciliari nequit. 3. Quæ fit super eo quod in testamento relictum est non inspectis tabulis testamenti, est enim captiosa. *l. 5. ff. b. t.* 4. Quæ fit super alimentis etiam testamento relictis, nisi accedat auctoritas prætoris & cause cognitio. *l. 3. ff. § C. b. t.*

OBII.

OBJICES Licitum est contrahentibus matrimonium pacisci, ut ante consummationem unus ingrediatur religionem, alter aliud matrimonium contrahat, ergo valet transactio super matrimonio? Resp, Conc. anteced. Nego conseq. hoc enim non venit ex pactione contrahentium, sed potius ex dispositione legis ob favorem religionis.

QUÆRES 4. Quæ sit forma transactionis; Resp. Licet spectato Jure Naturæ & Canonicō, certa verborum forma non requiratur, sed sufficiat partium consensus quocunque modo declaratus; duobus tamen modis Jure Civili fieri dicitur, videlicet simplici acceptilatione, &c prævia stipulatione aquiliana. l. 2. ff. b. t: i. ut responsum Cod. eodem. est, v.gr. lis inter Cajum & Titium de 100. florenis, quos Cajus petit. Titius interrogat Cajum an de 100. 50. acceptò ferat, ita ut tantum reliquos 50. solvat, Cajus respondet se 50. acceptò ferre, si reliquos 50. solverit tunc dicitur esse facta transactionis simplici acceptilatione. Si vero Cajus petat à Titio 100. v.g. ex contractu venditionis, & illum interroget, an quodex venditione uerba 50. debet animo novandi se soluturum promittat, isque dicat promitto, & posteà Cajum interroget, an acceptò ferat hos 50. isque annuat, tunc enim per stipulationem prior obligatio perimitur & novatur, ac postmodum per acceptilationem perimitur.

QUÆRES 5. Quis sit effectus transactionis? Respond. Effectus est, quod habeat vim rei judicatae l. non minorem 20. Cod. b. t. idque propter bonum publicum, ut litium fiat finis, hinc in transactione non valet pœnitentia. l. 36. & 39. Cod. b. t.

Et neque per rescriptum Principis retractari. l. 17.
Cod. eodem, neque sub prætextu instrumentorum
 noviter repertorum rescindi potest. l. sub prætextu
 19. **Cod. eodem. l. Lucius. §. ult. ff. ad Trebell. l. à divo pio**
 9. si pignora ff dere judicat. An vero ex Capite læsi-
 onis ultra dimidium rescindi queat, altercatio est in-
 ter Doctor s; & licet affirmativa Welenbecio, Pis-
 nello, Mynsing. &c alii videatur æquior, negati-
 va tamèn, ut potè in jure fundata mihi videatur ve-
 rior.

OBLICES. Imperator in l. 5. **Cod. de dol-**
malo. tribuit filiæ à Patre per transactionem im-
 modicè læsæ actionem in factum; ergò transac-
 tio ex capite læsionis ultrà dimidium rescinditur.
Resp. Non propter læsionem sed propter dolum,
 qui intervenerat, ut verba legis judicant, aëlio-
 nem tribuit imperator.

TITULUS XXXVII.

De Postulando.

QUÆRES I. Quid sit Postulatio, & quinam
 postulare possint? **Resp.** Postulare prout hic
 sumitur, est suum vel amici desiderium, apud
 eum qui jurisdictioni præst, in jure vel judicio
 exponere, quod actoris est, vel alterius desiderio
 contradicere, quod est rei, l. 1. §. **præterea ff b. t. ij** per
 quos postulatur, propriè advocati vocantur; est
 autem advocatus persona, quæ alteri in judicio
 præsenti & causam agenti consulendo servit & de-
 fensionem præstat, ut adeò postul andixum hoc
titulo